

MASS PROPER: OCTOBER 24, ST. RAPHAEL, ARCHANGEL

MASS *Benedícite* (white)

INTROIT Psalms 102: 20

Benedícite Dóminum, omnes Ángeli ejus: poténtes virtúte, qui fácitis verbum ejus, ad audiéndam vocem sermónum ejus. (Ps. 102: 1) Bénedic, ánima mea, Dómino: et ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto ejus. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Benedícite Dóminum, omnes Ángeli ejus: poténtes virtúte, qui fácitis verbum ejus, ad audiéndam vocem sermónum ejus.

COLLECT

Deus, qui beátum Raphaélem Archángelum Tobíæ fámulo tuo cómitem dedísti in via: concéde nobis fámulis tuis; ut ejúsdem semper protegámur custódia et muniámur auxilió. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Tobit 12: 7-15

In diébus illis: Dixit Ángelus Ráphaël ad Tobíam: Sacraméntum regis abscóndere bonum est: ópera autem Dei reveláre et confitéri honoríficum est. Bona est orátio cum jejúnio, et eleemósyna magis quam thesáuros auri recóndere: quóniam eleemósyna a morte liberat, et ipsa est, quæ purgat peccáta et facit invenire misericórdiam et vitam ætérrnam. Qui autem faciunt peccátum et iniquitátem, hostes sunt ánimæ suæ. Manifésto ergo vobis veritátem, et non abscóndam a vobis occúltum sermónem. Quando orábas cum lácrimis, et sepeliébas mórtuos, et

Bless the Lord, all ye His angels: you that are mighty in strength, and execute His word, harkening to the voice of His orders. (Ps. 102: 1) Bless the Lord, O my soul: and let all that is within me bless His holy name. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Bless the Lord, all ye His angels: you that are mighty in strength, and execute His word, harkening to the voice of His orders.

O God, Who to thy servant Tobias when on his journey didst give blessed Raphael, the archangel, as a companion, grant us, Thy servants, that we may ever be protected by his guardianship and strengthened by his assistance. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, the angel Raphael said to Tobias: It is good to hide the secret of a king: but honorable to reveal and confess the works of God. Prayer is good with fasting and alms, more than to lay up treasures of gold: for alms delivereth from death, and the same is that which purgeth away sins, and maketh to find mercy and life everlasting. But they that commit sin and iniquity are enemies to their own soul. I discover then the truth unto you, and I will not hide the secret from you. When thou didst pray with tears, and didst bury the dead, and didst leave thy dinner, and hide the dead by

derelinquébas prándium tuum, et mórtuos abscondébas per diem in domo tua, et nocte sepeliébas eos, ego óbtuli oratiónem tuam Dómino. Et quia accéptus eras Deo, necesse fuit, ut tentátio probáret te. Et nunc misit me Dóminus, ut curárem te, et Saram uxórem filii tui a dæmónio liberárem. Ego enim sum Raphaél Ángelus, unus ex septem, qui astámus ante Dóminum.

GRADUAL Tobit 8: 3

Ángelus Dómini Raphaél apprehéndit et ligávit dæmonem. (Ps. 146: 5) Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus.

LESSER ALLELUIA Ps. 137: 1-2

Allelúja, allelúja. In conspéctu Angelórum psallam tibi: adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo, Dómine. Allelúja.

GOSPEL John 5: 1-4

In illo témpore: Erat dies festus Judæórum, et ascéndit Jesus Jerosólymam. Est autem Jerosólymis Probática piscína, quæ cognominátur hebráice Bethsaida, quinque pórticus habens. In his jacébat multitúdo magna languéntium, cæcórum, claudórum, aridórum expectántium aquæ motum. Ángelus autem Dómini descendébat secúndum tempus in piscínam, et movebátur aqua. Et, qui prior descendísset in piscínam post motiÓnem aquæ, sanus fiebat, a quacúmque detinebátur infirmitáte.

OFFERTORY Apocalypse 8: 3-4

Stetit Ángelus juxta aram templi, habens thuríbulum áureum in manu sua, et data sunt ei incénsa multa: et ascéndit fumus aromátum in conspéctu Dei.

day in thy house, and bury them by night, I offered thy prayer to the Lord. And because thou wert acceptable to God, it was necessary that temptation should prove thee. And now the Lord hath sent me to heal thee, and to deliver Sara thy son's wife from the devil. For I am the angel Raphael, one of the seven who stand before the Lord.

Raphael, the angel of the Lord, took, and bound the devil. (Ps. 146: 5) Great is Our Lord, and great is His power.

Alleluia, alleluia. I will sing praise to Thee in the sight of the angels, I will worship towards Thy holy temple, and I will give glory to Thy name, O Lord. Alleluia.

At that time, there was a festival day of the Jews, and Jesus went up to Jerusalem. Now there is at Jerusalem a pond, called Probatica, which in Hebrew is named Bethseda, having five porches. In these lay a great multitude of sick, of blind, of lame, of withered, waiting for the moving of the water. And an angel of the Lord descended at certain times into the pond: and the water was moved. And he that went down first into the pond after the motion of the water, was made whole of whatsoever infirmity he lay under.

An angel stood near the altar of the temple, having a golden censer in his hand: and there was given to him much incense: and the smoke of the perfumes ascended before God.

SECRET

Hóstias tibi, Dómine, laudis offérimus, supplíciter deprecántes: ut eásdem, angélico pro nobis interveniénte suffrágio, et placátus accípias, et ad salútem nostram proveníre concédas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Daniel 3: 58

Benedícite, omnes Ángeli Dómini, Dóminum: hymnum dícite et superexaltáte eum in sæcula.

POSTCOMMUNION

Dirigere dignáre, Dómine Deus, in adjutórium nostrum sanctum Raphaélem Archángelum: et, quem tuæ majestáti semper assístere crédimus, tibi nostras exíguas preces benedicéndas assignet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

We offer Thee sacrifices of praise, O Lord, humbly praying that Thou be pleased to receive them, through the angelic intercession in our behalf, and grant that they may avail for, our salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

All ye angels of the Lord, bless the Lord: sing a hymn, and exalt Him above all forever.

Vouchsafe, O Lord, to make the holy archangel Raphael our helper, and let him whom we believe to be continually standing before Thy majesty, present our poor prayers to be blessed by Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.